

*bum* h. e. ex omnibus speciebus morborum aliquam. Matth. 4. v. 23. sic Luc. 14. 18. & cap. 15. 1.

Significationes igitur particulæ *omnis* apud Germanos distinguntur certis vocabulis. Quando enim significat *singula generum*, exponitur *alle*. ut: *Deus vult omnes homines salvos fieri* h. e. singulos individuos homines, nemine excepto. *Piscator Herbornens.* in vers. Bibliorum malè hic vertit per *allerley*. Sic enim ἀμεταπλήτως καὶ ἀμετακινήτως ex textus συνειρία concludo:

*Quos Deus vult abnegata impietate & mundanis concupiscentiis, sobriè & justè & piè vivere, illis illuxit gratia DEI salutifera :*

*Atqui Deus vult omnes homines abnegatâ impietate & mundanis concupiscentiis sobriè & justè & piè vivere :*

*E. omnibus illuxit gratia DEI salutifera.*

Quando autem significat, *genera singulorum*, tunc redditur per *allerley*. ut *O. animal fuit in arcâ Noë*, h. e. omnes species

cies